



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Lucas Evangelista. 18. Octobr.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

2. Honora Reges, Principes, Judices, Magistri  
eius, omnes deniq; qui legitimā in te habent authori-  
tatem; quoniam hęc authoritas à Deo est. Eos Deo  
commenda; plurimū laborant illi, ut leges vigeant,  
utque populi pace & libertate fruantur. Quam ob rem  
illis debes fidem, honorem, obsequium. Christus ipse  
obedivit hominibus; an es Christo major? Erubet se  
per beatus Deus se subdit hominibus, tu dominari gesti-  
tuo te præponis Authori. Bern.

3. In sacris ac privatis ædibus sanctos venerare, ut  
pote, qui absolutissima sint exemplaria Jesu Christi:  
habe coram imagines. Sed præcipuo cultu honora  
sanctum, cuius nomen habes; Ad hęc elige tibi pa-  
tronum, quem singulariter colas, in voceisque con-  
denter omnibus in necessitatibus Exemplo sanctorum  
exue veterem hominem, ut novum induas. Abiecta hu-  
jus saeculi figura, formam tuam, informam tui reduc Sal-  
vatoris. Chrysost.

## S. LUCA S Evangelista.

18. Octobr.

*Non vos me elegistis: sed ego elegi vos,  
Et posui vos, ut eatis, Et fructum  
afferatis. Christus Ioan. c. 16.*

**L**ucam nobis Antiochia Syriæ peperit, edu-  
casse verò ipsæ in sinu Musæ videntur.  
Nam literis & Ægyptiis & Græcis omnibus  
excus-

excultus, arte insuper medica clarissimus habitus est. Sed nihil hæc omnia ad illa, quæ in Christi schola grandis discipulus didicit, sui Deiq; agnitionem. Fertur etiam socius Cleophae fuisse in Emmaus cuncti, tunc cum ambobus in morte Christus se comitem junxit, hospesq; non a symbolo mensæ accubuit. Post hujus verò, quem in cœlos duxit, triumphum, ubi in Orbis partitionem cum cæteris Apostolis venit, fidus Magno Paulo in omni itinere, quin adeò in vinculis Achates, Christi primò vitam mortemque, tum quæ Apostoli alii fortiter fecerunt, per scriptis. Abiit è vivis cùm annum ageret quartum supra centesimum, & tunc etiam memor Medicum se esse, xgris vel è tumulo medicinam, oleum salutiferum propinavit. Illud penè memoriam fugisset. Primus fuit Lucas qui Mariam felici manu depinxerit, in ea tabella, quæ etiam hodie miraculis lucet, dignus profectò, cuius penicillum Marianum omnes imitantur, idem in animis faciendo, quod Lucas in tabella fecit. Ex tom. I. Baronii.

## M E D I T A T I O.

## De S. Luca.

**L**ucas scripsit, & prædicavit Evangelium, quod legere, docere, & ad usum revocare debes. Liber est omnium pulcherrimus; & qui unam libri hujus

jus sententiam intellexerit, accendetur desiderio, san-  
ctitatis. si minus verbo, exemplo certe Evange-  
lium doce, nimirum abnegatione, mundi contem-  
ptu, amore Dei; quæ omnia Christus præcepit in E-  
vangelio. An probas obedire te præcipuis Evangelii  
præceptis? Hanc quotidiè meditare sententiam. Quid  
prodest homini si universum mundum lucretur, anima vero  
sua detrimentum patiatur.

2. Hic sanctus fuit Comes & adjutor S. Pauli in E-  
vangelii ministerio. Quinam sunt comites tui? anni,  
quorum exemplis accendaris ad virtutem? ô te feli-  
cem? si sodalem nactus essem similem S. Pauli, nam  
brevi tempore & quares D. Lucæ sanctitatem. Fuge  
nefarios cœtus. Ne dubites, quam habes cum malis  
amicitiam, dissolvere. Melius est habere malorum odium,  
quam consortium Isid.

3. S. Lucas primus omnium Mariam pinxit. Vis  
egregium illud exemplar exprimere? Exemplo S. Lu-  
cæ imitare puritatem, humilitatem, & pietatem Ma-  
riæ. Vult enim B. Virgo, ut his coloribus cum suam  
tum filii sui imaginem in corde tuo depingas. Deus fa-  
borem signorum suorum querit, non pictorem. Aug.

## S. PETRVS ab Alcantara.

19. Octob.

*Si quis vult venire post me, abneget  
semetipsum, tollat crucem suam  
quotidiè, & sequatur me.  
Christus Luc. 9.*